



**Miracvla Quæ Ad Invocationem Beatiss. Virginis Mariae,
Apvd Tvngros, Camberones, Et Servios In Hannonia; ac
Dominam Gaudiorum in Picardia vulgò Nostre Dame de
Liesse dictam effulsere**

Caoult, Walrand

Coloniae Agrippinae, 1607

Sacerdos quidam perdita loquela & vsu rationis, ac per octo menses lecto
affixus, planè conualescit, inuocata Dei Matre ante eius imaginem.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-59700](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-59700)

sunt ab anno 1310. vsque ad annum 1404. In quorum fidem tibi videre licet regeſtum in adicula aſſeruatam.

SACERDOS QUIDAM PERDITA loquela & vsu rationis, ac per octo menses lecto affixus, planè conualeſcit, inuocata Dei matre ante eius imaginem.

CAPVT XI.

ANNO 1429. Dominus Theodoricus Plancius Sacerdos Cheruiæ natus, ibique degens, in morbum tam violentum incidit, vt non loquelam tantum, sed etiam rationis vsu amiserit, per octimestre aut amplius lecto affixus. Intra quod temporis spatium mater eius omnem mouit lapidem, vt peritissimos quosque tum Medicos, tum Chirurgos è diuersis locis euocatos adhiberet sanando filio, idque magno sanè cum sumptu, vt ex ea caussa melior reditus eius portio ad Hippocrates & Galenos sit deuoluta. Frustrata tamen omnibus his tentatis, tandem ad supremum medicum, & benignissimam Dei matrem Cheruiæ pro honore recognitam, confugit: ante cuius imaginem suis precibus, quales maternus in filium affectus, & sumptuum frustra factorum iactura exigebat: idque die festo Paschæ ante meridiem. Vbi domum redijt, Theodoricum filium hortatur vt recuperas-

F S

peras-

perandæ humanitus sanitatis spem deponens
beatæque Virginis meritis innitatur. Erat
antequam prandium sumpisset, Sacerdos illi
à longo tempore languidus & mutus, incipit
distincte & tam articulare loqui ac alias
quam: dein paulo post plene conualuit, & ob
eum in memorata ædificia, prout conue-
uerat, decantauit,

INFANTVIVS MATRE DEFFUNDA

*Ha, viuis in utero materno deprehensus
& baptisatur, et quod prius mater par-
turiens eum B. Mariae deu-
uisset.*

CAPVT XII.

ANno 1429. vxor magistri Ioannis Es-
montij Miræi commorans in vrbis
iho, summos dolores parturiens ad quatuor
aut quinque dies perpeffa, fuit à nonnullis
persuasa infantem suum beatæ Mariæ ad fo-
tem deuouere: quod fecit, & mortem, non
dito fœtu, paulò post obiit. Quidam ordinis
Carmelitani ibi tum præfens mulierem fecer-
it & aperiri iussit. Infans, quem mater beata
Virgini deuouerat, viuis inuentus, ba-
ptismo suscepto, ad horam,
superuixit,

PVERT